De nonnullis Plutarchi Moralium locis ab Herwerdeno tractatis.

Commentatio
adiecta
gymnasii regii Bipontini annalibus
a. MDCCCLXXXVIII. editis.

Scripsit
Dav. Weiss.

Biponti
typos curavit Aug. Kranzbuehler.
A. MDCCCLXXXVIII.

Cum plurimi moralium quae dicuntur Plutarchi scriptorum lectorem quasi incitent ad corrigenda addenda delenda verba, haud ita difficile sit coniecturarum molem hoc et illo loco suis suspicionibus augere, difficilius priores hominum doctorum correctiones ita cognoscere, ut nec acta agas nec deteriora melioribus adicias. Quod utrumque non satis videtur cavisse Herwerdenus in iis, quae ad Plutarchum emendandum edidit in libello, quem inscripsit Lectiones Rheno-Traiectinae*). Nec minus vulgatam lectionem ab eo multis locis temere esse tentatam putaverim. Nonnulla igitur ab illo correcta iterum perlustrans demonstrare conabar saepe eum aliter fuisse iudicaturum, nisi paulo neglegentius versatus esset et in iis, quae a Plutarcho, et in iis, quae de Plutarcho scripta sunt. Nec tamen Herwerdeni impugnandi causa hanc scripsi commentationem, sed quia in illius coniecturas quasi inquirens et ob eam rem scriptoris loquendi usum observans paululum ad hanc cognoscendam profuisse mihi videor. Sed iam ad singulos locos, quos tractandos mihi elegi, aggrediar.

Quaest. conviv. I, 1, 3 (p. 613, D). *ἂν μὲν γὰρ πλείονας ἔχῃ φιλολόγους τὸ συμπόσιον . . ., ἀφήσομεν αὐτοὺς μύθῳ φιλοσοφεῖν, οὐχ ἧττον ταῖς Μούσαις τὸν Διόνυσον ἢ ταῖς Νύμφαις κεραννύντας.* Herwerdenus conicit: *ἐφήσομεν αὐτοῖς*

*) Lugduni-Batavorum 1882, pag. 96 sqq.

εὐθύμως φιλοσοφεῖν. Wyttenbachius non offendit in verbo *ἀφιέναι*, sed solum *μύθῳ* in hunc locum congruere negat. Et verbis *ἀφήσομεν αὐτούς* in sequentibus melius respondet accus. *κεραννύντας* quam illius dativo. *Ἀφιέναι τινά* autem sequente infinitivo saepius inveni apud Plutarchum. Cf. Mor. 820, D. *τοὺς παῖδας ἀφιέναι παίζειν καὶ σχολάζειν ἀπὸ τῶν μαθημάτων.* Vit. Romuli c. 25. *ἀφεὶς φεύγειν τοὺς περιόντας Ῥωμύλος.* Vit. Galb. c. 25. *ὁ τὴν φυλακὴν ἔχων τοῦ στρατοπέδου ἀφῆκεν* (sc. *αὐτούς*) *εἰσελθεῖν.* Quid quod in quaest. Rom. c. 78 (p. 282, D) Plutarchus ipse diserte dicit *ἀφεῖναι* idem significare quod sinere: *τὸ δ' ἀφεῖναι σίνερε, καὶ σίνε λέγουσιν, ὅταν ἀφεῖναι παρακαλῶσι.* Etiam in subditicio libello Apophth. Lac. p. 218, A leguntur: *τοὐναντίον γὰρ ἔδει ὅλην αὐτὴν* (sc. *τὴν τυραννίδα*) *ἀφεῖναι κατακαῆναι.*

Quaest. conv. I, 2, 6 (618, E). De convivis in convivio collocandis haec fertur sententia: *ἀλλὰ τῷ δεομένῳ τὸ οἰκεῖον προσαρμόττων κελεύω φιλολόγῳ μὲν ὑποκατακλίνεσθαι φιλομαθῆ, δυσκόλῳ δὲ πρᾷον, ἀδολέσχῳ δὲ πρεσβύτῃ φιλήκοον νεανίσκον, τῷ δ' ἀλαζόνι τὸν εἴρωνα, τῷ δ' ὀργίλῳ τὸν σιωπηλόν.* Herw. aliquanto aptius esse putat: *τῷ δὲ κωτίλῳ τὸν σιωπηλόν.* At non est *τακτικοῦ καὶ ἁρμονικοῦ ἀνδρός* (ut supra dixit Lamprias) loquacitati alicuius convivae alium inermem sive lupo ovem tradere. Bene autem iracundus homo tacito aliquo ei apposito, quominus convivium perturbet, impeditur. Et praecedunt paulo supra: *ἀδολέσχῳ δὲ πρεσβύτῃ φιλήκοον νεανίσκον,* quibus verbis tolerabili loquacitatis generi suum tributum est.

Quaest. conv. I, 9, 3 (627, B). *ὁρῶ γάρ, ὅτι καὶ τέφρᾳ καὶ λίθοις, κἂν μὴ παρῇ δὲ ταῦτα, κονιορτῷ πολλάκις παχύνουσι τὸ ὕδωρ, ὡς μᾶλλον τῶν γεωδῶν τῇ τραχύτητι καταπλύνειν δυναμένων τὸν ῥύπον.* Hirschig*) pro substantivo *τραχύτητι* vult *παχύτητι.* Etsi autem antecedit: *παχύνουσι τὸ ὕδωρ,* tamen tenendum esse puto *τραχύτητι,* quod cinere vel

*) Philol. IV. p. 367.

pulvere iniecto certe aquae crassitudo efficitur, sed quae iniecta sunt, ipsorum asperitate ad eluendas sordes valent. Herw. sub *λίθοις* delitescere suspicatur *λίτρῳ*, i. e. *νίτρῳ*. Probabilis sane coniectura, sed non nova. Cf. Doehner, quaestiones Plutarcheae, partic. III. p. 14. Cui Plutarchi emendatori si aliquam operam dedisset, de nonnullis locis Herw. aliter iudicavisset, pauca de suis plane omisisset.

Qu. c. lib. II, prooem. (629, C). *τὰ δ' ἐπεισόδια γέγονεν ἡδονῆς ἕνεκεν, χρείας μὴ συναγομένης, ὥσπερ ἀκροάματα κτέ.* Haec verba Herw. ita corrigens: *τὰ δ' ἐπ. γέγ. ἡδονῆς ἕνεκεν, μὴ χρείας, συναγόμενα ὥσπερ ἀκροάματα,* huic coniecturae nomen Reiskii ascribere debuit.

Qu. c. II, 2, 1 (635, A). *πεπαυμένων δὲ δειπνεῖν τῶν ἄλλων κτέ.* Herw. scribit *τοῦ δειπνεῖν*. Et cum in falso tantum libro de educ. puer. semel occurrat *παύεσθαι* cum nudo infinitivo, c. 4 (3, A), *οἱ παυόμενοι πολεμεῖν*, non ausim illi repugnare. Alteram autem Herwerdeni in eodem capite (635, B) coniecturam non puto esse probandam. *Ὁ δὲ Ξενοκλῆς ἔλεγεν, εὔστομόν τι καὶ δηκτικὸν ἔχοντα τῶν ὡραίων τὰ πλεῖστα τὸν στόμαχον ἐπὶ τὴν βρῶσιν ἐκκαλεῖσθαι παντὸς μᾶλλον ὄψου καὶ ἡδύσματος· καὶ γὰρ τοῖς ἀποσίτοις τῶν ἀῤῥώστων ὀπώρας τι προσενεχθὲν ἀναλαμβάνει τὴν ὄρεξιν.* Herw. legendum esse dicit *ἀναλαμβάνειν*, quod hoc argumento non ipse scriptor utatur, sed Xenocles, cuius sint verba praegressa. At saepe orationem indirectam in quamvis brevibus sermonibus subito transeuntem videmus in directam. Velut 677, D. *Ἀντίπατρος δ' ὁ ἑταῖρος ἔφη τοὺς μὲν ἐνιαυτοὺς ἀρχαϊκῶς ὥρους λέγεσθαι· τὸ δὲ ζα μέγεθος εἴωθεν σημαίνειν· ὅθεν τὸν πολυετῆ καὶ παλαιὸν οἶνον ὑπὸ τοῦ Ἀχιλλέως ζωρὸν ὠνομάσθαι.* 683, C. *Ἄλλος δέ τις ἔφη, τὸ καλὸν ἐκ πάντων συντεθὲν μόνῳ τούτῳ τῶν ἀκροδρύων ὁρᾶν ὑπάρχον· καὶ γὰρ τὴν ψαῦσιν ἔχει καθάριον κτέ.* 690, D. *οὐδὲν ἔφην δεῖν περὶ τοῦ ἀέρος διαπορεῖν· ἡ γὰρ αἴσθησις λέγει κτέ.*

Qu. c. II, 3, 2 (636, E). *Καὶ τἄλλα μὲν εὔστομα κείσθω, καθ' Ἡρόδοτον.* Quae verba Herw. ita mutat: *καὶ κατὰ τἄλλα μὲν εὔστομά μοι κείσθω, κ. Ἡρ.*, collato Herodoteo loco, II, 17: *περὶ μέν νυν τούτων εἰδότι μοι ἐπὶ πλέον, ὡς ἕκαστα αὐτῶν ἔχει, εὔστομα κείσθω.* Miror Herwerdenum nihil dixisse de duobus Moralium locis, ubi Plutarchus Herodoti structuram ad verbum imitatur. Cf. 417, C. *περὶ μὲν οὖν τῶν μυστικῶν . . . εὔστομά μοι κείσθω, καθ' Ἡρόδοτον.* 607, C. *καὶ περὶ μὲν ὧν Αἰσχύλος ᾐνίξατο . . . εὔστομά μοι κείσθω.* Et facile credas ne eo quidem de quo agimus loco Plutarchum illud *καθ' Ἡρόδοτον* frustra dixisse, sed recte Herodotum imitatum esse, ut scriberet: *καὶ περὶ τῶν ἄλλων μὲν εὔστομά μοι κείσθω, κ. Ἡρ.* Sed hac coniectura paulo violentiore nescio an non sit opus, quod illud quod in textu est *τἄλλα* defendi potest compluribus locis, quos Piersonus attulit ad Moeridis Atticistae lexicon Atticum, 474: Synes. de Provid. p. 124, A. *τὰ δὲ ἐντεῦθεν εὔστομα κείσθω, φησί τις.* Themist., qui Or. II. p. 27, C. dicit: *ἐμοὶ δὲ περὶ μὲν θεῶν εὔστομα κείσθω, κατὰ τὸν Ἡρόδοτον,* habet Or. XIII. p. 176, A: *καί μοι εὔστομα κείσθω τὰ ἀμφὶ Κλεῖτον καὶ Παρμενίωνα.* Magis igitur putabimus iam Plutarchum quoque neglegentem hoc loco Herodoti structuram scripsisse *εὔστομα* quam verba *περὶ τῶν ἄλλων* mutavisse in *κατὰ τἄλλα.* Ceterum vide, ne pronomen *μοί* recte Herw. inseruerit, quippe quod uno Synesii loco excepto omnibus, quos citavi, locis exstet.

Qu. c. 1, 3 (647, C). Non recte amethystus herba ebrietati adversari et ex hac re nomen habere putatur, sed a colore dicta est. *οὐ γάρ ἐστιν αὐτῆς τὸ φύλλον ἀκράτῳ, ἀλλ' ἀοίνῳ καὶ ὑδαρεῖ τὴν κρᾶσιν οἴνῳ προσεοικός.* Verba *ἀλλ' ἀοίνῳ* Herw. delenda esse censet. Quod minime sentit Wyttenbachius, cui hoc *ἄοινος οἶνος* non ineleganter dictum videtur. Et Plutarchum consulto opinor adiectivum usurpavisse simile illi *ἀμέθυστος.* Planta *ἀμέθυστος* vocatur, quod folia *ἀοίνῳ* similes sunt *οἴνῳ.*

Qu. c. III, 7, 2 (256, A). *Ἀρισταίνετος δ' ὁ Νικαεὺς ἔν τισιν ἐνίοις γράμμασιν ἀνεγνωκὼς ἔφη μνημονεύειν κτέ.* Delet Herw. *ἐνίοις.* At *τινὲς ἔνιοι* legitur in vita Demosth. c. 4. *ἔνιοι δέ τινες . . . μέμνηνται.* Cf. Doehneri quaest. Plut., part. II. p. 31., ubi complures locos citat, qui habent *πολλοί τινες, τρεῖς τινες,* similia.

Qu. c. IV, 6, 2 (672, A). Scriptor nonnulla argumenta attulit, ut demonstraret eundem esse Bacchum atque Judaeorum deum. Deinde haec in textu sunt: *καὶ ταῦτα μὲν εἰκότα φαίη τις ἂν εἶναι· κατὰ κράτος ἐν αὐτοῖς πρῶτον μὲν ὁ ἀρχιερεὺς ἐλέγχει, μιτροφόρος τε προϊὼν ἐν ταῖς ἑορταῖς κτέ.* Non dubium est, quin haec sententia sit subiecta: Et quae adhuc dixi, fortasse coniecturas esse putes. Vehementer autem refellit eos, qui contra dicunt, primum pontifex maximus, qui festis diebus mitratus ingreditur etc. (tum alia, quae scriptor affert). Verba *ἐν αὐτοῖς* falsa esse facile cognoscimus. Sed *κατὰ κράτος* iniuria Herw. amovet coniciens: *κἂν ἄρα τις ἐναντιῶται, πρῶτον μὲν κτέ.* Cf. vita Lys. c. 12. *εἰ δ' ἀληθὴς ὁ λόγος, ἐξελέγχει κατὰ κράτος τοὺς φάσκοντας κτέ.* V. Alex. c. 21, extr. *κατὰ κράτος ἐξελεγχθείς.* V. Caes c. 7. *ἐν δὲ τῇ βουλῇ κατὰ κράτος ἐξελεγχθέντων.* Itaque vix aliud quidquam cogitare possis loco aptum, quam quod Wyttenb. scripsit: *κατὰ κράτος δὲ τοὺς ἐναντιουμένους πρῶτον μὲν ὁ ἀρχιερεὺς ἐλέγχει.*

Qu. c. V, 7, 3 (681, E). *ἐπίνοιαι γὰρ ἀφροδισίων ἐγείρουσιν αἰδοῖα.* Si recte Herw. correxisset *τᾀδοῖα*, his locis certe eadem adhibenda esset correctio: De adulat. et am. c. 20 (61, E); de prof. in virt. c. 12 (83, C); de virt. mor. c. 4 (442, E); de Is. et Os. c. 55 (373, C); de sera num. vind. c. 20 (562, D); quaest. conv. VII, 5, 3 (705, D).

Qu. c. VI, 3, 2 (689, C). *καὶ γὰρ εἰ τοῖς πόροις τούτοις, ἔφην, ... κατατρήσειέ τις τὴν σάρκα, πλαδαρὰν* ⟨*ἂν* inserit Herw.⟩ *καὶ τρομώδη καὶ σαθρὰν ποιήσει* (Herw. *ποιήσειε*).

Haud recte, ut opinor, Herw. *τρομώδη* mutat in *σπογγώδη*. Nam eo, quem ille citat, loco, quaest. conv. III, 3, *τοῦ σώματος σπογγώδους διὰ τὸν αὐχμὸν ὄντος*, agitur de corporis siccitate, qua fit, ut spongiae instar vinum recipiat, hic autem de carnis depravatione, quae illa perforatione efficitur.

Qu. c. VII, 2, 3 (701, C). *οἱ δ' ὕπαιθροι καὶ γυμνοὶ* (sc. *λίθοι) διὰ ψῦχος ἀντίτυποι καὶ δυσμετάβλητοι καὶ ἀτέραμνοι ἀπαντῶσι τοῖς ἔργοις*. Hiatum emendavit Herw. scribendo *ἀτεράμονες*, melius quam Benseler, qui *ἀτεράμνοις* vult; nam hoc et sensu refellitur et eo, quod in eadem quaestione Plutarchus septies forma *ἀτεράμων* utitur, forma *ἀτέραμνος* nusquam. Sed aliis nonnullis locis Herw. ipse hiatum efficit corrigendo. Ut in libro amat. c. 10, init. (754, E). *τοιούτων λόγων, ὁ πατὴρ ἔφη, παρόντων αὐτοῖς ἐλθεῖν τὸν . . ἑταῖρον.* Herw. scribit: *τοιούτων λόγων, ὁ π. ἔφη, ὄντων αὐτοῖς κτἑ.* Quod autem putat Graece vix dici: *πάρεισιν ἡμῖν λόγοι*, uno quidem Moralium loco, quaest. conv. I, 10, 1 (628, A), *παρεῖναι* ita usurpatum est: *οἰκεῖοι λόγοι τῆς ἐν χειρὶ φιλοτιμίας παρῆσαν*. Et videtur illud *παρόντων* Plutarchus scripsisse, ut hiatum post *ἔφη* vitaret. Leni enim interpunctione ille non excusatur, et rarissime talem vocalium concursionem invenias qualem p. 765, E. *πρὸς τί γάρ, ἔφη, ἕτερον;* Quam saepe verborum distractione Plutarchus fugit, velut p. 442, F. *δέξασθ' οὖν, ὁ Δημήτριος, ἡμᾶς, ἔφη, καὶ μεθ' ἡμῶν.* — Et nescio an hoc quoque loco Herw. Plutarcho hiatum imputet, de soll. anim. c. 8 (965, E). *Αἰακίδην καὶ Ἀριστότιμον τοῦτον, εἶτα Νίκανδρον κτἑ.* Herwerdenus: *Ἀριστότιμον τουτονί, εἶτα κτἑ.* Sed *τοῦτον* non falsum esse, etiamsi de praesente homine, qui digito designatur, sermo est, Doehnerus*) multis exemplis demonstrat. Quae perlegens omnibus fere illis locis post *οὗτος* vocabulum esse vocali incipiens animadverti. Cf. p. 465, D; 663, C; 931, E; 339, E. Solum p. 618, F.

*) Quaest. Plut. II. p. 38.

leguntur: *καίπερ Σωσικλῆς οὗτος καὶ Μόδεστος.* — Neque minus in eo libro, qui Gryllus inscribitur, c. 6 (989, C) Herw. hiatum efficit in his: *τὸ δὲ σωφρονεῖν καὶ μᾶλλον εὐνομεῖσθαι ταῖς ἐπιθυμίαις οὔτε πολλαῖς συνοικούσαις οὔτ' ἀλλοτρίαις σφόδρα διαφυλάττεται* (subi. *τὰ θηρία*). Corrigit: *οὔτε πολλαῖς συνοικοῦντα οὔτ' ἀλλοτρίαις*, quod verbum *συνοικεῖν* referendum sit ad *τὰ θηρία.* At saepe *συνοικεῖν* subiectum habet rem, quae adest alicui. Velut p. 500, F. *ἡ κακία τοῖς πολλοῖς συνοικεῖ.* 47, D. *συνοικοῦσαν τὴν ἀμαθίαν.* 465, E. *τὴν λύπην συνοικοῦσαν εἶχεν.* 780, C. *λόγος ἀεὶ συνοικῶν καὶ παραφυλάττων.* — Non posse suav. v. sec. Epic. c. 3 (1087, D) leguntur: *αὐτόθεν μὲν οὖν, ὦ ἑταῖρε, φαίνονται γλίσχρον τι καὶ σαπρὸν καὶ οὐ βέβαιον αἴτιον τοῦ ἀγαθοῦ λαμβάνοντες, ἀλλὰ τοῖς πόροις τούτοις, δι' ὧν ἡδονὰς ἐπεισάγονται, καὶ πρὸς ἀλγηδόνας ὁμοίως κατατετρημένον.* Herw.: *δι' ὧν ἡδοναὶ ἐπεισάγονται*, quod non solum propter hiatum reiciendum esse puto, sed etiam, quod medium *ἐπεισάγεσθαι* non falso hoc loco usurpatum est, significans: in se (i. e. in corpus) introducunt. Cf. quaest. conv. VIII, 9, 3 (733, A): *τοσαύτας μὲν ἐν ἑαυτῷ τοῦ σώματος δυνάμεις ἔχοντος, τοσαύτας δὲ διὰ σίτων καὶ ποτῶν ἐπεισαγομένου ποιότητας ἑκάστοτε.* — Etiam hoc loco: quaest. conv. VII, 2, 3 (701, C). *τοὺς περὶ τὴν ἰχθυοπωλίαν ἀναδιδόντας ἑκάστοτε* ipse hiatus, quominus Herwerdeno assentiamur, obstat. Conicit enim: *τοὺς περὶ τὴν ἰχθυοπώλιδα ἀνακύπτοντας.*

Quaest. conv. VII, 6, 3 (709, C). *εἰ μὲν γὰρ οὐ σφόδρα συνήθης* (sc. *ὁ καλῶν*, i. e. qui ad cenam ab alio vocatus alium rursus invitat, ut secum eodem cenatum eat; sic invitati autem umbrae vocabantur), *ἀλλ' ἢ τῶν πλουσίων τις ἢ σατραπικῶν . . . ., παραιτητέος εὐθύς.* Herwerdenus: „Rectius erit *παραιτητέον.* Nam *παραιτεῖσθαι*, ubi habet recusandi vim, habet accusativum rei, non personae." *Παραιτεῖσθαί τινα* primum significat: orare, ut alicui parcatur, vel ut aliquis

liberetur; velut v. Thes. c. 35. *τὸν δὲ Θησέα παρῃτεῖτο*, et c. 19. *παραιτούμενος ἀνεψιὸν ὄντα Δαίδαλον*. Tum: aliquem orare, ut parcat (sive oranti sive alii cui), alicuius iram deprecare; velut 862, C. *παραιτεῖσθαι ψηφίσματι τὴν θεόν, ὅπως . . ἀποθύωσι κτέ*. V. Timol. c. 37. *παραιτεῖσθαι τοὺς πολίτας*. Denique: aliquem respuere, alicuius convictum recusare. Cf. de Stoic. rep. c. 20 (1043, D). *Ἔφορον δὲ καὶ Ξενοκράτην καὶ Μενέδημον ἐπαινοῦσι παραιτησαμένους τὸν Ἀλέξανδρον*. V. Cat. M. c. 9. *τῶν δὲ φιληδόνων τινὰ βουλόμενον αὐτῷ συνεῖναι παραιτούμενος κτέ*. V. Phoc. c. 20. *πολλῶν αἰτουμένων ἑστιᾶσαι τὰ νικητήρια τοὺς ἄλλους Φωκίων παραιτησάμενος κτέ*. Nec difficile est intellectu verbum *παραιτεῖσθαι* illic non magis esse corrigendum quam tribus his locis.

Qu. c. VII, 7 (610, E). *ἀλλὰ Κλειτόμαχος μὲν ὁ ἀθλητὴς ἐξανιστάμενος καὶ ἀπιών, εἴ τις ἐμβάλοι λόγον ἐρωτικόν, ἐθαυμάζετο*. Verba *καὶ ἀπιών* propter verbi compositi *ἐξανίστασθαι* vim delet Herw. Mirabitur ergo, quod 461, D legitur: *ὁ δ' Εὐθύδημος ἐξαναστὰς ἀπῄει* (non solum *ἐξανέστη)*, et in vita Public. c. 7: *ᾤχετ' ἐξαναστάς*.

Qu. c. VIII, 3, 2 (721, B). *ὁρᾷς γάρ, ὅτι καὶ τῶν ἀγγείων τὰ κενὰ πληττόμενα μᾶλλον ὑπακούει πληγαῖς*. *Πληγαῖς* ne sit glossema, veretur Herwerdenus; sed si genuinum sit, scribendum esse *ταῖς πληγαῖς*. Refelli videtur altera Herwerdeni suspicio, altera confirmari hoc loco (de esu carn. I, 6, p. 995, E): *οἱ πίθοι κρουσθέντες ἠχοῦσι, γενόμενοι δὲ πλήρεις οὐχ ὑπακούουσι ταῖς πληγαῖς*. Ceterum iam Doehnerus*) correxit *ταῖς πληγαῖς*.

Amatorius VII (752, F). *ταύτην δ' ὁρῶμεν ἄρχειν καὶ κρατεῖν δοκοῦσαν*. Pro verbo *δοκοῦσαν* Herw. scribi vult *ποθοῦσαν*, quod iam ante illum Emperius**) coniecit. Alii quoque hunc locum sanare studebant, velut Madvigius, qui *προσδοκῶσαν* vult. Sed *ὁρᾶν τινα δοκοῦντά τι ποιεῖν* alio etiam

*) Quaest. Plut. II. p. 36.

**) Philologus X. p. 331.

Plutarchi loco inveni: V. Arati c. 30. *καὶ γὰρ ὤφθη πεπλασμένῳ δοκῶν ἤθει πρὸς ἀληθινὴν καὶ ἀκέραιον ἀρετὴν ἁμιλλᾶσθαι.*

Ibid. XXI (767, D). *ᾧ δ' ἂν Ἔρως ἐπισκήψῃ καὶ ἐπιπνεύσῃ, πρῶτον μὲν ἐκ τῆς Πλατωνικῆς πόλεως τὸ ἐμὸν οὐχ ἕξει καὶ τὸ οὐκ ἐμόν.* Supplet et corrigit Herw.: *πρῶτον μὲν ὡς οἱ ἐκ τῆς Πλατωνικῆς πόλεως τὸ ἐμὸν οὐ λέξει καὶ τὸ οὐκ ἐμόν.* *Ἕξει* cur mutet in *λέξει*, difficile est intellectu, praesertim cum futuro *λέξω* nusquam utatur Plutarchus. Praecedentia verba fortasse ita sunt supplenda: *πρῶτον μὲν, τὸ ἐκ τῆς Πλατωνικῆς πόλεως, τὸ ἐμὸν κτέ.*

Ad princ. inerud. I (779, D). Cyrenaei Platonem oraverunt, ut leges sibi scriberet et rempublicam constitueret. Recusavit autem ille, quod difficile esset Cyrenaeis, qui tam secundis rebus uterentur, leges dare.

Οὐδὲν γὰρ οὕτω γαῦρον
καὶ τραχὺ καὶ δύσαρκτον,
ὡς ἀνὴρ ἔφυ

εὐπραγίας δοκούσης ἐπιλαμβανόμενος. Herw. se desperare ait de corrigendo *εὐπραγίας δοκούσης*, pro quo exspectemus fere *ὑπερβαλλούσης*. Neque tamen mihi hic locus videtur esse corrigendus. Nam verbum *δοκεῖν*, non *ὑπερβάλλειν* huius loci esse, apparet ex vit. Luc. c. 2, ubi idem Platonis dictum laudatur his verbis: *οὐδὲν γὰρ ἀνθρώπου δυσαρκτότερον εὖ πράσσειν δοκοῦντος.* Et in consol. ad Apoll. c. 4 (102, F) haec verba sunt: *πεπαιδευμένων γάρ ἐστι καὶ σωφρόνων ἀνδρῶν πρός τε τὰς δοκούσας εὐτυχίας τὸν αὐτὸν εἶναι.* Ibid. c. 6 (104, D): *μεταῤῥῖψαι τὴν δοκοῦσαν εὐημερίαν.* Participium *δοκῶν* saepius ita usurpatum invenitur. Velut v. Luc. c. 19. *ἀφαίρεσις γὰρ ἦν τῆς ὑπαρχούσης ἡ τῆς δοκούσης ἐλευθερίας δόσις.* V. Demetrii c. 30. *τὴν δοκοῦσαν εὔνοιαν ἐξεληλέγχθαι τοῖς πράγμασι κενὴν καὶ πεπλασμένην οὖσαν.*

In sequentibus (779, E), *τὸν γὰρ λόγον ὥσπερ ἄρχοντα παραδέξασθαι φοβοῦνται* (sc. *οἱ ἄρχοντες*), *μὴ τῆς ἐξουσίας*

αὐτῶν τὸ ἀγαθὸν κολούσῃ τῷ καθήκοντι δουλωσάμενος, pro *ἀγαθόν* Herw. vult *ἀγαστόν,* non recte, ut opinor. Nam quid huic loco magis consentaneum esse potest quam *τὸ τῆς ἐξουσίας ἀγαθόν,* i. e. *ὃ ἡ ἐξουσία ἀγαθὸν ἔχει,* quod boni ex potestate sua hauriunt? Cf. Reg. et imp. ap. 176, C. *Δεινὸν, ἔφη, πρᾶγμα ποιεῖν αὐτοὺς, ὃ μόνον αἱ τυραννίδες ἀγαθὸν ἔχουσιν, ἀναιροῦντες.*

An seni sit ger. resp. VII (787, C). *διὸ τὸν φθόνον ἔνιοι τῷ κάπνῳ παρεικάζουσι· πολὺς γὰρ ἐν τοῖς ἀρχομένοις διὰ τὸ φλέγεσθαι προεκπίπτων, ὅταν ἐκλάμψωσιν, ἀφανίζεται.* Delet Herw. *διὰ τό* ante *φλέγεσθαι.* Mihi etiam *φλέγεσθαι* oblitterandum videtur. Nam verba *πολὺς — ἀφανίζεται* et de fumo et de invidia dicta sunt, ut res, quae comparatur, et ea, quacum comparatur, prorsus inter se commisceantur et confundantur. Verbum *φλέγεσθαι* autem non licet usurpare de hominibus rempublicam tractantibus. Et genuina videntur mansisse in illo apud Stob. Flor. XXXVIII, 31 fragmento alioquin vitiato. Ibi enim leguntur: *τὸν φθόνον ἔνιοι τῷ κάπνῳ εἰκάζουσι· πολὺς γὰρ ἐν τοῖς ἀρχομένοις ὤν, ὅταν ἐκλαμφθῶσιν, ἀφανίζεται.* Verbum *ἐκλάμψωσι* certe non solum ad res ardentes referendum esse plurali forma apparet, quae mutanda esset in formam *ἐκλάμψῃ,* si subiectum haberet *τὰ ἀρχόμενα.*

Ibid. XV (791, F). *Μασανάσσην δ' ἱστορεῖ Πολύβιος ἐνενήκοντα μὲν ἐτῶν ἀποθανεῖν.* Post *ἐτῶν* inserit *ὄντ'* Herw.; nam aut ita loqui Plutarchum aut veterum more *ἐνενήκοντα ἔτη γεγονώς.* Non recte hoc dicit. Equidem nusquam vidi in Plutarcheis scriptis illud *ὤν* cum genitivo. Nisi forte et supra Herw. iure hoc verbum inserit et in vita Alex. c. 41. idem est inserendum, ubi de Bucephala scriptum est: *τριάκοντα γὰρ ἐτῶν ἀποθανεῖν αὐτόν.* Eadem structura in dec. or. vit. 844, A (Demosth. init.) invenitur: *καταλειφθεὶς ὑπὸ τοῦ πατρὸς ἐτῶν ἑπτά,* cum apud genuinum Plutarchum, v. Demosth. c. 4, haec sint: *ἀπολειφθεὶς δ' ὁ Δημοσθένης ὑπὸ τοῦ πατρὸς ἑπταέ-*

της. Et has formas (*ἑπταέτης, δωδεκαέτης*) haud raro habet noster. Ergo hanc sententiam: „puer, cum duodecim annos natus esset, mortuus est“ apud Plutarchum sic scriptam invenias: *παῖς δώδεκα ἔτη γεγονώς* (uno loco ordinali quod dicunt numero utitur, v. Artax. c. 26. *πεντηκοστὸν ἔτος γεγονότα*) *ἀπέθανε*, aut: *παῖς δωδεκαέτης ἀπέθανε*, aut: *παῖς δώδεκα ἐτῶν ἀπέθανε*.

Ibid. XVIII (793, A). *ἐκεῖνο σκοπῶμεν ἤδη καὶ φιλοσοφῶμεν, ὅπως μηδὲν ἀπρεπὲς μηδὲ βαρὺ τῷ γήρᾳ προσάξωμεν ἀγώνισμα*. Herwerdenus: „Turpi barbarismo legitur *ὅπως προσάξωμεν* pro *προσάξομεν*.“ Sed coniunctivus ille nec apud alios scriptores nec apud Plutarchum falsus videtur esse. Cf. qu. conv. VII, 8, 4 (713, D). *μόνον, ἔφην, σκοπῶμεν, ὅπως συμπόταις . . . μηδὲν ἐπάξωμεν τοιοῦτον*. 807, D. *οὐ δεῖ συνολισθαίνειν . ., ἀλλὰ προσέχειν, ὅπως μηδ' ἀγνοούντων αὐτῶν ἐξαμαρτάνωσι*. 824, B. *κράτιστον δὲ προνοεῖν, ὅπως μηδέποτε στασιάζωσι*.

Ibid. XXIV (796, A). *φοβεροὶ μὲν ὄντες τοῖς ἁμαρτάνουσιν, αἰδεστοὶ δὲ τοῖς ἀγαθοῖς καὶ ποθεινοί*. Herw. scribendi usum postulare *αἰδέσιμος* dicit. Cuiusnam usus? Plutarchi certe usus magis postulat *αἰδεστός*. Nam *αἰδέσιμος* apud illum frustra quaeras, cum *αἰδεστός* in libro de adul. et am. c. 26 (67, B) occurrat: *αἰδεστόν ἐστι καὶ σεμνὸν καὶ ἀναντίβλεπτον*.

Praec. ger. reip. II (798, D). *πολλοὶ δ' ἀπὸ τύχης ἁψάμενοι τῶν κοινῶν καὶ ἀναπλησθέντες οὐκέτι ῥᾳδίως ἀπελθεῖν δύνανται*. Si recte Herw. *ἀναπλησθέντες* mutavit in *ἐμπλησθέντες*, quod huius loci sit „saturi“, ei hoc loco (p. 694, D): *ὅτι τὰ τῶν πρεσβυτέρων ἐπιχειρήματα τοὺς μὲν ἀργοὺς καὶ ἀφυεῖς οἷον ἀναπαύει καὶ ἀναπίμπλησι*, eadem mutatione utendum est. Quaerendum tamen mihi videtur, nonne verba *ἀναπλησθέντες τῶν κοινῶν* ita vertenda sint: obruti (sive plane implicati) publicis negotiis, ut verbum *ἀναπλησθέντες* causam indicet, cur non iam possint discedere. Similis est sententia

787, F: *πολύῤῥιζον οὖσαν καὶ πράγμασιν ἐμπεπλεγμένην* (sc. *τὴν πολιτείαν*), *ἃ πλείονας παρέχει ταραχὰς καὶ σπαραγμοὺς ἀπερχομένοις ἢ μένουσιν.*

Ibid. III (800, A). *Στρατοκλέους . . . ἐρωτῶντος τὸν δῆμον, τί ἠδίκηται, τρεῖς ἡμέρας δι᾽ αὐτὸν ἡ δ έ ω ς γ ε γ ο ν ώ ς.* Stratocles Atheniensibus ludibrii causa nuntiavit exercitum illorum vicisse persuasitque, ut ob hunc laetum nuntium sacrificarent. Cum autem vero acceptae cladis nuntio allato irascerentur, interrogavit, quid iniuriae passi essent, cum propter se triduum s u a v i t e r v i x i s s e n t. Herwerdeno dicenti non esse Graecam locutionem *ἡδέως γίγνεσθαι* et propterea reponendum esse *ἡδίων γεγονώς* (hilarior factus) hi loci erant spectandi: 127, B. *ὡς οἱ παρὰ Πλάτωνι δειπνήσαντες καὶ εἰσαύριον ἡδέως γίνονται.* Idem Timothei dictum invenitur 686, B, ita tamen mutatum, ut pro *ἡδέως γίνεσθαι* scriptum sit *καλῶς γίνεσθαι.* 668, B. *τί δ᾽ οἱ πολλοὶ βούλονται, πρὸς θεῶν, ὅταν ἡδέως γενέσθαι παρακαλοῦντες ἀλλήλους λέγωσι· Σήμερον ἀκτάσομεν;* Huic loco confer 704, F. *καὶ καλῶς γεγονέναι λέγουσι δειπνήσαντες ἡδέως καὶ πολυτελῶς.* Reg. et imp. apophth. 189, C. *ἠρώτησε δειπνήσαντα, πῶς γέγονεν· ἡδέως δὲ φήσαντος κτἑ.* In vita Demetrii vero, c. 11, ubi idem illud de Stratocle narratur, haec verba sunt: *εἶτα τί πεπόνθατε δεινόν, εἰ δύο ἡμέρας ἡδέως γέγονατε;*

Ibid. IV (800, C). *οὐ γὰρ εὐμεταχείριστον οὐδὲ ῥᾴδιον ἁλῶναι τὴν σωτήριον ἅλωσιν ὑπὸ τοῦ τυχόντος ὄχλον.* Herwerdeni coniecturam *ὄχλος* occupavit Cobetus *) legens *ὁ ὄχλος.* *Ῥᾴδιος* saepius ita cum passivi infinitivo coniunctum videmus. Velut 981, D. *σπάνιος γάρ ἐστι καὶ οὐ ῥᾴδιος ἁλῶναι.* Vit. Pyrrhi c. 14. *ἁλῶναι δὲ ῥᾴστη* (scil. *ἡ Σικελία*).

Ibid. V (802, D). *τὸν μὲν οὖν λύκον οὔ φασι τῶν ὤτων κ ρ α τ ε ῖ ν· δῆμον δὲ καὶ πόλιν ἐκ τῶν ὤτων ἄγειν δεῖ μάλιστα.* Herw. ex verbo *κρατεῖν* exsculpens *δεῖν* scribit: *οὔ φασι τῶν*

---

*) Mnemos. nov. ser. VI.

ὤτων κρατεῖν δεῖν. Ita autem nostras aures gravius quid pati quam lupi opinor. Vulgatam lectionem retinere possis, si vertas: lupum auribus tenere recusant, sive: lupum auribus non teneo, aiunt. At nescio an hoc loco Plutarchus eadem breviloquentia utatur qua p. 559, C. *ἢ λήσομεν εἰς τὸν Ἡρακλείτειον ἅπαντα πράγματα ποταμὸν ἐμβαλόντες, εἰς ὃν οὔ φησι δὶς ἐμβῆναι.* His verbis si conferas p. 392, B. *ποταμῷ γὰρ οὐκ ἔστιν* (non licet) *ἐμβῆναι δὶς τῷ αὐτῷ, καθ᾿ Ἡράκλειτον,* apparet illic verbum *εἶναι* a scriptore omissum legentibus cogitandum esse. Itaque verba: *οὔ φασι τῶν ὤτων κρατεῖν* idem significare videntur quod haec: *οὔ φασιν εἶναι τ. ὤτ. κρ.*, i. e. lupum auribus teneri posse negant.

Ibid. XIV (809, B). *ἐπεὶ δὲ πάσαις κορυδαλλίσι, κατὰ Σιμωνίδην, χρὴ λόφον ἐγγενέσθαι, καὶ πᾶσα πολιτεία φέρει τινὰς ἔχθρας καὶ διαφορὰς κτέ.* Herwerdenus: „Immo *γενέσθαι*“, haud recte mea quidem sententia. Neque enim verisimile est haec Simonidis verba, quae veteribus satis nota fuisse puto, corrupta esse, praesertim cum aliis quoque duobus Plutarchi locis inveniantur. 91, F. *ἐπεὶ δὲ πάσαισι κορυδαλλίσι χρὴ λόφον ἐγγενέσθαι, κατὰ τὸν Σιμωνίδην· καὶ πᾶσα φύσις ἀνθρώπου φέρει φιλονεικίαν κτέ.* V. Timol. c. 37. *ἐπεὶ δὲ χρῆν, ὡς ἔοικεν, οὐ μόνον πᾶσι κορυδαλλοῖς λόφον ἐγγίνεσθαι, κατὰ Σιμωνίδην, ἀλλὰ καὶ πάσῃ δημοκρατίᾳ συκοφάντην κτέ.*

Ibid. XV (811, D). *οὐδὲ γὰρ τοῦ Θεαγένους τὸ φιλότιμον ἄγαν καὶ φιλόνεικον ἐπαινοῦμεν, ὃς οὐ μόνον τὴν περίοδον νενικηκώς, ἀλλὰ καὶ πολλοὺς* (Herw. inserit *ἄλλους*) *ἀγῶνας κτέ.* Herw. pro *φιλόνεικον* vult *φιλόνικον.* Sed fac magis huic loco consentaneum esse *φιλόνικον,* hac una correctione, nisi multos alios locos castigaverimus, nihil proficiemus. Nam *φιλόνικος* et *φιλονικία* in Wyttenbachiana editione nusquam legitur, in Duebneriana uno loco invenitur *φιλόνικος,* 471, E. *αἴτιον δ᾿ ἡ φιλαυτία μάλιστα, φιλοπρώτους ποιοῦσα καὶ φιλονίκους ἐν*

πᾶσι. — Ceterum non male illo loco cum Theagenis honoris studio coniungitur certaminum studium. *Φιλόνεικος* enim et *φιλονεικία* non solum significant malam contendendi cupiditatem, sed etiam pulchrorum certaminum amorem. Cf. 724, B. *ἐπεὶ καὶ φίλαθλος ἄλλως καὶ φιλόνεικος ἡμῖν ὁ θεὸς κτἑ.* 988, A. *ὃς δειλοῦ προετίμησεν ἀνδρὸς ἵππον ἀγαθὴν καὶ φιλόνεικον.* Comp. Pelop. et Marc. c. 1. *ἐμβαλὼν τῷ στρατεύματι ζῆλον καὶ φιλονεικίαν πρὸς τοὺς πολεμίους.* V. Sullae c. 15. *στρατηγικὸς ἀνὴρ καὶ φιλόνεικος.* Nec magis substantivum *φιλονεικία* mutandum esse puto p. 971, A. *ὡς οὐ κρεῶν χάριν, ἀλλὰ νίκης καὶ φιλονεικίας ἀγωνιζόμενοι,* ubi Herw. legit *φιλοτιμίας.* Agitur de canibus lepores venantibus, quibuscum quasi velocitatis certamen habent.

Ibid. XVII (813, D). *πρόσεχε, Περίκλεις· ἐλευθέρων ἄρχεις, Ἑλλήνων ἄρχεις, πολιτῶν Ἀθηναίων.* Herwerdenus: „Meliorem formam haec ipsa Periclis sententia induit in quaest. conv. I, 4, 2 (620, D). *ἐλευθέρων ἄρχεις, Ἑλλήνων ἄρχεις, Ἀθηναίων ἄρχεις,* ubi et *πολιτῶν* rectius abest et in singulis membris verbum repetitur, quod est in talibus sollemne. Cf. de vit. aere alien. VI (830, A). *τοῦτ᾽ ἐρωτᾷς, ἔχων χεῖρας, ἔχων πόδας, ἔχων φωνὴν κτἑ.*" — Non debuit Herw. omittere tertium locum, ubi idem illud Periclis laudatur, reg. et imp. apopht. 186, C: *πρόσεχε, Περίκλεις, ἐλευθέρων μέλλεις ἄρχειν καὶ Ἑλλήνων καὶ Ἀθηναίων.* Quod autem Herw. ad confirmandam suam sententiam locum illum ex libello de vit. aer. al. citat, in hoc Volkmanni quidem minime nititur auctoritate, qui in libro, quem scripsit de Plutarchi vita, operibus, philosophia (pars I. p. 183) demonstrans subditicium esse illum librum haec dicit: *„Auch verrät sich der plumpe, übertreibende Deklamator in Wendungen wie c. 6. τοῦτ᾽ ἐρωτᾷς ἔχων χεῖρας"* etc.

Ibid. XXXII (825, A). *οὐδενὸς ἧττον τῷ πολιτικῷ προσήκει ταῦτ᾽ ἰᾶσθαι.* Scribit Herw. *οὐδενὸς οὖν ἧττον,* quod sibi displiceat asyndeton. Et concedo eos, qui obiter Plutarchum

legunt, facile decipi posse puncto in Duebneriana editione ante *οὐδενός* posito. Sed paulo diligentius hunc locum spectantes fugere non potest illa verba apodosin esse ad protasin, quae incipit a verbis: *ἐπεὶ δέ, ὥσπερ ἐμπρησμός κτἑ.*

De plac. philos. IV, 19 (902, B). *Πλάτων τὴν φωνὴν ὁρίζεται πνεῦμα διὰ στόματος ἀπὸ διανοίας ἡγμένον, καὶ πληγὴν ὑπὸ ἀέρος δι' ὤτων καὶ ἐγκεφάλου καὶ αἵματος μέχρι ψυχῆς διαδιδομένην.* Haud recte Herw. praepositionem ante *ἀέρος* delet. Nam apud Platonem (Tim. 67, B) haec sunt: *ὅλως μὲν οὖν φωνὴν θῶμεν, τὴν δι' ὤτων ὑπ' ἀέρος ἐγκεφάλου τε καὶ αἵματος μέχρι ψυχῆς πληγὴν διαδιδομένην.* Correctionis causam Herw., ut plerumque solet, non aperit. Puto tamen eum illa verba sic intellegi velle: aeris ictus (i. e. quem patitur aer), qui diditur per aures etc., cum verba, quae in textu sunt, significent: ictus, qui aere diditur per aures etc. Utrum icit aer an icitur? Atque his quidem Plutarchi locis Herwerdeni sententia confirmari videtur: 98, B. *δύναμις ἀντιληπτικὴ πληγῆς ἀέρος δι' ὠτὸς καὶ ἐγκεφάλου προσφερομένης.* 390, C. *ἀὴρ δὲ πληγεὶς ἐν ἀκοῇ γίνεται φωνὴ καὶ ψόφος.* 436, C. *ὥσπερ ἀμέλει καὶ Πλάτων . . . ἀκούειν δὲ* (sc. *ἡμᾶς*) *τῇ πληγῇ τοῦ ἀέρος ἀποφαινόμενος.* 721, E. *ἡ δὲ φωνὴ πληγὴ σώματος διηχοῦς . . . . οἷός ἐστι παρ' ἡμῖν ὁ ἀήρ.* 901, F. *Πλάτων καὶ οἱ ἀπ' αὐτοῦ, πλήττεσθαι τὸν ἐν τῇ κεφαλῇ ἀέρα.* 1131, C. *ἐπεὶ δ' ὁρίζονται τὴν φωνὴν οἱ ἄριστοι γραμματικοὶ ἀέρα πεπληγμένον αἰσθητὸν ἀκοῇ.* Hic autem locus (722, B) Platonis verbis magis respondet: *ὁ γὰρ ἀὴρ . . . τὰ τῶν ψόφων μόρια καὶ κινήματα πόῤῥωθεν διαδίδωσι.* Nimirum aer icitur ictusque icit, id quod diserte Plutarchus dicit his verbis (1006, C): *ἔστι γὰρ ἡ φωνὴ πληγὴ τοῦ αἰσθανομένου δι' ὤτων ὑπ' ἀέρος· πλήττει γὰρ πληγεὶς ὁ ἀὴρ ὑπὸ τοῦ κινήσαντος κτἑ.*

Ibid. V, 5, (905, C). *Ἵππων, προΐεσθαι μὲν σπέρμα τὰς θηλείας οὐχ ἥκιστα τῶν ἀῤῥένων.* Herwerdeni coniecturam

οὐχ ἧττον iam Reiskius fecit. Ceterum haec verba neque minus sequentia quantis laborent vitiis quamque inepta sint, Doehnerus*) demonstrat.

Quaest. natur. XIII (915, C). *ἡ σῆψις μὲν οὐκ ἔστι τῶν δικτύων, ὅταν δὲ φρίξῃ καὶ παγῇ διὰ τὸ ψῦχος ἀναξηραινόμενα . . ., σήψει τινὶ καὶ μυδήσει πάσχει παραπλήσιον.* Id est: an vera putredo nulla accidit retibus, frigore autem concreta et exsiccata . . . aliquid patiuntur simile cuidam putredini et corruptioni. Nec vero assentior Herwerdeno *τινί* falsum et scribendum esse dicenti: *σήψει τι κτἑ.* Cf. v. Thes. c. 20. *τὰς δὲ ταύτῃ δρωμένας θυσίας εἶναι πένθει τινὶ καὶ στυγνότητι μεμιγμένας.* 77, C. *ἀλλὰ πείνῃ τινὶ καὶ δίψῃ πάθος ὅμοιον ἐν τοῖς ἀποσπασμοῖς πάσχοντας.* Et hoc loco moneor fortasse rectum esse: *σήψει τινὶ καὶ μυδήσει πάθος πάσχει παραπλήσιον.* Quamquam autem quaestiones naturales non a Plutarcho profectas esse inter omnes constat, tamen mihi liceat nonnullos similes ex illo locos promere: 138, E. *ὅμοιον ἔπαθον πάθος τοῖς . . ὑπομείνασι.* V. Pelop. c. 30. *πάθος βασιλικὸν παθών.* V. Timol. c. 22. *οὐκ ἔπαθε Δίωνι ταὐτὸ πάθος.* 982, E. *πάθος ἄτοπον πέπονθα.*

Ibid. XVI (915, E). *διὰ τί λέγεται·*

Σῖτον ἐν πηλῷ φυτεύετε, τὴν δὲ κριθὴν ἐν κόνει. Herw. corrigit *φύτευε.* Hoc autem vel *φυτεύειν* ipsius metri causa reponendum esse iam Doehnerus**) intellexit, qui praefert *φυτεύειν,* quod haec forma in talibus praeceptis erat sollemnis.

In quaest. nat. XXVIII, qua quaeritur, cur ursus minime omnium ferarum retia corrodat, extrema verba (919, A) haec sunt: *οὐδενὸς δὲ ἧττον αὐτῇ βοηθοῦσιν αἱ περικαλινδήσεις· διὸ μᾶλλον ἢ διασπᾶν τὰ λίνα πραγματευόμενη, πολλάκις ἐκκυβιστᾷ καὶ σώζεται,* ** *ἀμὴ καὶ δέοι ἡ τῶν ὀδόντων.* Quae verba Herw. ita corrigit: *διὸ μᾶλλον ἢ διασπᾶν τὰ λίνα πραγμα-*

---

*) Quaest. Plut. III. p. 22.

**) Quaest. Plut. II. p. 19.

τενομένη πολλάκις ἐκκυβιστῶσα σώζεται· διὸ ὅρα, μὴ καὶ δέῃ ἧττον τῶν ὀδόντων. Locus sic mutatus paene genuino dignus est Plutarcho, modo excusemus *διό* brevi intervallo repetitum et illud *ὅρα μὴ δέῃ* (debuit enim scribere *μὴ δεῖ*, cum *μή* hoc loco interrogativa, non finalis sit coniunctio; et *ὅρα* vel *σκόπει μή* cum indicativo quoties Plutarchus usurpaverit, vix numeres). Psellum autem, cuius excerpta ex eodem fonte manasse atque huius epitomatoris Doehnerus *) demonstrat, et ipsum habere video: *ἐκκυβιστᾷ καὶ σώζεται.* Itaque haec ne apud Pseudo-Plutarchum quidem mutanda esse censeo, quamquam hic aliter cum antecedentibus coniuncta sunt atque apud Psellum *(ὅθεν πολλάκις περικυλιομένη τοῖς βρόχοις διαιρεῖ τούτους καὶ τέμνει, εἶτα ῥᾳδίως ἐκκυβιστᾷ καί σώζεται).* Sequentia ita corrigenda videntur: *σώζεται μηδὲν δεομένη τῶν ὀδόντων.*

De fac. in orbe l. XXIV (937, D). *δόξει γὰρ πρὸς οὐθὲν, ἀλλά μάτην γεγονέναι* (scil. *ἡ σελήνη*), *μήτε καρποὺς ἐκφέρουσα μήτ᾿ ἀνθρώποις τισὶν ἕδραν παρέχουσα καὶ γένεσιν καὶ δίαιταν· ὧν ἕνεκα καὶ ταύτην γεγονέναι φαμὲν, κατὰ Πλάτωνα, τροφὸν ἡμετέραν, ἡμέρας τε καὶ νυκτὸς ἀτρεκῆ φύλακα καὶ δημιουργόν.* Herw. ludicram interpolationem esse dicit verba *ἡμέρας τε καὶ νυκτὸς ἀτρεκῆ φύλακα καὶ δημιουργόν.* Nam his Theonem ipsum evertere id, quod demonstrare velit, lunae nihil esse utilitatis. Verba enim *καὶ ταύτην γεγονέναι φαμὲν τροφὸν ἡμετέραν* procul dubio illum de terra dicere; hoc non intellegentem lectorem aliquem ista *ἡμέρας τε κτέ.* ex cap. XXV absurdissime huc attulisse. At facile intellegi potest non lectorem aliquem, sed Herwerdenum valde erravisse putantem verba *ἡμέρας τε καὶ νυκτὸς ἀτρεκῆ φύλακα καὶ δημιουργόν* a Platone de luna dicta esse. Quae ad terram esse referenda ex ipso illo cap. XXV (938, E) cernere potuit: *οὐδὲ γὰρ τήνδε τὴν γῆν δι᾿ ὅλης ἐνεργὸν οὐδὲ προσοικουμένην ὁρῶμεν . . .*

*) Quaest. Plut. III. p. 22.

ἀλλὰ πολλοῦ δεῖ μάτην ταῦτα γεγονέναι . . . ἡμέρας τε καὶ νυκτὸς ἕστηκεν ἀτρεκὴς ἐν μέσῳ φύλαξ, κατὰ Πλάτωνα, καὶ δημιουργός. Nec minus ex Plat. quaest. VIII (1006, E): *ἄριστον οὖν τὴν γῆν ὄργανον ἀκούειν χρόνου μὴ κινουμένην ὥσπερ τοὺς ἀστέρας . . . διὸ καὶ φύλακα καὶ δημιουργὸν αὐτὴν ἀτρεκῆ νυκτὸς καὶ ἡμέρας προσεῖπε* (scil. Plato). Quid multa, cum apud ipsum Platonem (Tim. 40, C) haec scripta sint: *γῆν δέ, τροφὸν μὲν ἡμετέραν, εἱλουμένην δὲ περὶ τὸν διὰ παντὸς πόλον τεταμένον, φύλακα καὶ δημιουργὸν νυκτός τε καὶ ἡμέρας ἐμηχανήσατο.*

Bruta rat. uti VII (990, C). *οἱ δ᾽ ἄῤῥενες ὑπ᾽ οἴστρου καὶ μαργότητος ὠνούμενοι μισθῶν καὶ πόνου καὶ λατρείας τὸ τῆς γενέσεως ἔργον.* Non est, quod cum Herwerdeno scribamus *τὸ τῆς γεννήσεως ἔργον*, quamquam in quaest. de Arati signis VII (Duebner, Fragm. p. 35) leguntur: *ὑπόθερμον εἰς ὁρμὰς ἀγωγοὺς ἐπὶ τὸ τῆς γεννήσεως ἔργον.* Nam plurimis Plutarchi locis *γένεσις* ita usurpatum est, ut procreationem significet. Velut 717, F. *ὡς που καὶ Ἀλέξανδρος ὑπενόησεν εἰπὼν μάλιστα θνητὸν καὶ φθαρτὸν ἐπιγινώσκειν ἑαυτὸν ἐν τῷ συγγίνεσθαι γυναιξὶ καὶ καθεύδειν· ὡς τὸν μὲν ὕπνον ἐνδόσει γινόμενον ὑπ᾽ ἀσθενείας, γένεσιν δὲ πᾶσαν οἰκείου τινὸς εἰς ἕτερον ἔκστασιν καὶ φθορὰν οὖσαν.* 376, C. *ὁ τοῦ θεοῦ νοῦς καὶ λόγος ἐν τῷ ἀοράτῳ καὶ ἀφανεῖ βεβηκὼς εἰς γένεσιν* (ad res procreandas) *ὑπὸ κινήσεως προῆλθεν.* 393, B. *ἡ δ᾽ ἑτερότης, διαφορὰ τοῦ ὄντος, εἰς γένεσιν ἐξίσταται τοῦ μὴ ὄντος.* 881, F. *πῦρ τεχνικὸν ὁδῷ βαδίζον ἐπὶ γενέσει κόσμου.* 957, C. *γῆ τε γὰρ ἄνευ θερμῆς οὐσίας ἄγονος καὶ ἄκαρπος· τὸ δὲ πῦρ ἐκρυὲν καὶ διαχέαν παρίστησιν εἰς τὴν γένεσιν ὀργῶντα.* 982, A. *τίκτουσι μὲν γὰρ ᾠόν, εἶτα ζῷον, οὐκ ἐκτός, ἀλλ᾽ ἐντὸς ἐν ἑαυτοῖς· καὶ τρέφουσιν οὕτως καὶ φέρουσιν, ὥσπερ ἐκ δευτέρας γενέσεως. Γέννησις* autem in Moralibus equidem nusquam inveni nisi his locis: 493, F; 770, A; 1001, A.

De comm. notit. XIV (1066, B). *καὶ πᾶς ὁ βίος εὐθὺς ἐκ παρόδου καὶ ἀρχῆς ἄχρι κορωνίδος ἀσχημονῶν καὶ ἐκπίπτων*

καὶ ταραττόμενος . . . αἴσχιστόν ἐστι δραμάτων ἁπάντων καὶ ἀτερπέστατον. Huius loci universam rationem potius *ἀπρεπέστατον* suadere Herw. ait. Quod nemini eum probaturum esse puto. Nihil enim magis hic nobis placet quam „spectaculum, quo spectantes minime delectantur“. Cf. 516, D. *ἀλλ' ἔνιοι τὸν ἴδιον βίον, ὡς ἀτερπέστατον θέαμα, προσιδεῖν οὐχ ὑπομένουσιν.* 470, A. *τὸν δ' αὐτῶν βίον ἔχοντα πολλὰς οὐκ ἀτερπεῖς ἀναθεωρήσεις ἐῶσιν.*